

Pohlmann.

D 61986



SANCTI EPHRAEMI SYRI

COMMENTARIORUM IN SACRAM SCRIPTURAM

TEXTUS IN CODICIBUS VATICANIS MANUSCRIPTUS

ET

IN EDITIONE ROMANA IMPRESSUS.

COMMENTATIO CRITICA

QUAM

PRO MUNERE SUO RITE CAPESSENDO

SIMUL ORATIONEM INDICATURUS

DIE XXXI. MARTII A. MDCCCLXII H. XI

IN LYCEO REGIO HOSIANO

PUBLICE HABENDAM

SCRIPSIT

ANTONIUS POHLMANN

SS. THEOL. LICENT. ET PROFESSOR PUBL. EXTRAORD. DES.

PARTICULA I.

BRUNSBERGAE

APUD EDUARDUM PETER.



Inter innumerabilia fere S. Ephraemi maximi Ecclesiae Syriacae Patris scripta praestantiorem locum proculdubio commentaria tenent in sacram scripturam, cuius sensum in iis atque intelligentiam non minus penitus subtiliterque quam facile ac perspicue aperuisse eum et proposuisse omnes fatentur. Quam scripturam divina omnino Spiritus sancti effata ideoque omnis veritatis fontem sincerum et vitae probae regulam appellare solebat, hanc legere assidue, meditari atque interpretari, unde non sibi modo ipsi sapientiae augmentum sumeret pietatisque incitamentum, verum etiam alios divinarum rerum studio imbueret ac tot mundi errores vitiaque judicaret et corrigeret, vel exoptatissimum ei fuit¹⁾. Hinc illa singularis ejus familiaritas sacrorum librorum, illa prompta difficultatum quarundam solutio et mysteriorum facilis perceptio, quam singulae ejus expositiones ubique palam faciunt. Quid igitur mirum quod jam ejus fere aequales in

1) cf. S. Greg. Nyss. Encom. S. Ephr.: ἡ μελέτη τούτῳ τῶν θείων γραφῶν εἰς τὴς Δευτικῆς ἀνῆψε λαμπαδός· ἐν τῇ μελέτῃ μου φασκοντος ἐκκανθήσεται πᾶν. ἔρως γάρ αὐτὸν πολησας πνευματικῆς θεωρίας εἰς φλογα μετέωρον τὸν πόθον ἀνήγειρε· πᾶσαν γάρ παλαιάν τε καὶ νεωτὴν ἐκμελετήσας γραφὴν καὶ ὡς ἀλλός τις τοῖς τυιαντοις θεωρημασιν ἐμφιλοχωρήσας ὅλην ἀκριβῶς πρὸς λέξιν ἡρμήνευσεν ἀπό τε τῆς ποσμογενείας καὶ μέχρι τῆς τελευταίας τῆς χάριτος βίβλον τὰ βάθη τῶν κενονυμμάτων εἰς τὸ ἐμφανὲς ὄγκων θεωρημάτων λύχνῳ πεχθημένος τῷ πνεύματι. — Item similiter in actis S. Ephraemi Syriace scriptis quae inveniuntur in ejusdem Opp. Tom. III p. xxxiv sq.

istis expositionibus divinam quandam sapientiam ac virtutem venerabantur¹⁾ easque adeo teste S. Hieronymo in quibusdam Ecclesiis post ss. scripturarum lectionem publice recitabant? ²⁾.

Jam vero quamvis praeclera et commendanda sint S. Ephraemi commentaria quamque magna viguerint auctoritate primis temporibus, tamen accidit iis perincommode, ut postea per longa saecula parum observarentur, imo demum prorsus in oblivione jacent nomine vix nota. Atque etiam nostris diebus licet jamdudum ex latebris producta atque in lucem sint edita, quotusquisque est qui ea in merito habeat honore justoque studio amplectatur! Cujus rei cum causam haud exignam in eo maxime sitam esse crederem, quod Syriacorum magni illius Doctoris operum editio critica usuique magis accommodata adhuc omnino desideraretur, praeprimis commentariorum in sacram scripturam nova ejusmodi editione paranda aliquantulum certe cum de disciplinae exegeticae cultu tum de celeberrimi librorum divinorum interpretis memoria mihi videbar mereri. Hunc in finem non ita pridem optata mihi venit itineris Remam faciendi occasio, qua ipsos Syriaci textus fontes adire et consulere mihi licuit. Qua de causa codices manuscriptos, qui ad S. Ephraemi commentaria pertinentes in Vaticana bibliotheca asservantur, diligenter accurateque excutere et ad eos textum in editione nobis oblatum recognoscere atque emendare, quantum in me temporibusque fuit non praetermissi³⁾.

Quot igitur fontes sint Syriaci commentariorum S. Ephraemi textus, qualis eorum conditio et indoles, quae denique ratio inter-

1) cf. Acta S. Ephraemi Syriaca l. c. n. 16: Profectus aliquando ad eum visendum senex reperit sribentem commentaria in libros Mosis. Quae cum accurate perlegisset, vehementi admiratione pereulcus respectabat opes divinae gratiae et eximios sapientiae coelestis thesauros a Domino in B. Ephraeum effusos. Subreptas e cella ejus lucubrationes urbis optimatibus scholarumque doctoribus et eorum auditoribus atque universo clero perlegendas explorandasque exhibuit. Illi vers egregiam eruditionem et doctrinam scriptoris laudantes etc.

2) Hieronym. de scriptorib. eccl. c. 115.

3) cf. Deutsche Morgenl. Zeitschr. 1861, 648 sqq.

cedat inter textum manuscriptum et typis impressum, hisce breviter in animo est proponere.

In omnes sacrae scripturae et veteris et novi testamenti libros nostrum Patrem composuisse et edidisse commentaria, certissimum quidem est; tum Graeci auctores ut Gregorius Nysse-nus¹⁾ tum Syri ut Barsalibaeus, Barhebraeus²⁾ apertis id docent verbis; at dolendum magnopere est, quod de praeclarissimo hoc tam industriae atque eruditionis quam fidei pietatisque christiana, qua tunc florebat Ecclesia Syriaca, monumento iniqua fortuna satis magnam partem plane detraxit posterisque subduxit. Quae enim de novi testamenti libris continua interpretatione disseruit S. Doctor, prorsus interiisse videntur; eorum certe, si forte nonnulla fragmenta Graeca excipias in codicibus Vaticanis passim obvia, nondum adhuc ne vestigium quidem deprehendi licuit. Sed, et quae ad nos pervenerunt elucubrationes in veteris testamenti libros, quam mancae sint multisque partibus mutilatae, textum manuscriptum adhuc superstitem qui paulisper inspexerit nemo non intelliget.

Cap. I. Commentariorum S. Ephraemi Syri textus in codicibus Vaticanis manuscriptus.

Celeberrima illa bibliotheca Vaticana, ut vetustis codicibus manuscriptis facile princeps omnium est, ita etiam sola singulari honore praedita esse videtur, ut commentariorum S. Ephraemi textum manuscriptum asservare atque exhibere possit. At vel ipsa nonnisi unum codicem tenet licet antiquissimum maximaque auctoritatis, qui exclusis omnibus aliis materiis solummodo Patris

1) vide supra l. c.

2) Dionysius Barsalibaeus in commentario suo: „S. Ephraem quoque juxta Diatessaron (Tatiani) Evangelium explanavit.“ cf. Barhebraeus in Horreo mysteriorum apud Assem. Bibl. Orient. I, 57. — Ad jam pridem vel in ipso Oriente non omnia S. Ephraemi commentaria ubique fuisse nota, Ebedjesu Ep. Sobensis innuere videtur in Catalogo nonnulla dumtaxat commemorata.

nostri commentaria complectitur, qui quidem minime absolutus ceterumque vexatus est haud mediocriter.

Est enim codex Syriacus Vaticanus numero insignitus 110¹⁾, qui varia expertus adversa tandem in tutiorem locum Romam quasi in portum pervenit. Nam ad numerum eorum codicum pertinebat, qui primitus in Mesopotamia exarati postea anno 932 p. Chr. in Aegyptum migrarunt, ubi in coenobio quodam Nitriensi per longum tempus jacebant parum observati tineisque concessi. Anno denique 1707 magno pretio soluto inde liberatus codex noster cum aliis Romam iter ingressus est in bibliotheca Vaticana amplissimum locum occupaturus; verum priusquam id quod petebat consequeretur, accidit, ut exorta procella Nili fluminis fluctibus surreptus submergeretur et vix magno labore e maximo interitus periculo eriperetur²⁾. Cujus acceptae calamitatis vestigia adhuc non pauca prae se ferre deprehenditur, maxime autem in primo limine et in fine; nam folium ejus primum et ultimum tam male tractatum est, ut scriptas in eo literas vix ac ne vix quidem legere et interpretari queas, et quod magis dolendum, in calce folia nonnulla prorsus exciderunt et perierunt in perpetuum.

Ceterum codex 110 est membraneus in forma quadrata, antiquissimis Syrorum literis maximis, quae Estrangelo nomine nuncupari solent, scriptus elegantissime et accuratissime, ita ut scriptura incorrecta et mendosa ex nimia festinatione, incuria negligentiae orta perraro offendatur. Cujus modi errata sunt: ~~وَمَ~~ pro ~~مَ~~ (cf. Opp. I pag. 4 lin. 7), ~~كَوْكَبْ~~ pro ~~كَوْكَبْ~~ (pag. 10 lin. 5), ~~كَوْكَبْ~~ pro ~~كَوْكَبْ~~ (p. 26 l. 38), ~~كَوْكَبْ~~ ~~كَوْكَبْ~~ pro ~~كَوْكَبْ~~ (p. 63 l. 6), ~~كَوْكَبْ~~ ~~كَوْكَبْ~~ pro ~~كَوْكَبْ~~ (p. 68 l. 26 et p. 74 l. 8), ~~كَوْكَبْ~~ pro ~~كَوْكَبْ~~ (p. 21 l. 23), ~~كَوْكَبْ~~ pro ~~كَوْكَبْ~~ (p. 104 l. 23), ~~كَوْكَبْ~~ ~~كَوْكَبْ~~ pro ~~كَوْكَبْ~~ ~~كَوْكَبْ~~ ut recte in alio codice Vaticano 103 fol. 67

1) cf. Jos. Sim. Assemani Bibliothecae Apostolicae Vaticanae Codicum MSS. Catalogus. Partis primae Tom. III p. 76.

2) cf. Assemani Bibl. Orient. Praefat. n. VII.

legitur (p. 204 l. 28), **לְגַדֵּלָה** pro **לְגַדֵּלָה** (p. 209 l. 7), **מִלְאָמָרָה** in fide sua, pro **מִלְאָמָרָה** in negligentia sua (p. 218 l. 14), **לְמַעַן** pro **לְמַעַן** (p. 200 l. 1), **לְמַעַן** pro **לְמַעַן semel** (p. 223 l. 38): quae errata item in codice 103 omnia evitantur; **לְמַעַן** pro **לְמַעַן** (p. 216 l. 14. 25) et alia.

Folia codex 110 continet 96, quaevis autem folii pagina in duas columnas distinguitur. Vocales nullae omnino existunt. Notae diacriticae persaepe quidem positae sunt, ita tamen, ut earum ad indicandam literarum vocumque pronunciationem adhibitarum firma regula adhuc desideretur. Signo Ribbui i. e. punctis pluralem notantibus nomina constanter superscribuntur, verba autem rarissime. Lineolam literis suppressis supponi solitam quam dicunt occultantem ne semel quidem mihi obviam vidi. Interpunctionis signa varia adhibentur nulla quidem certa ratione, tamen in universum observari licet, ad distinguenda minima orationis membra poni punctum unicum . vel duo puncta : , , majorem autem verborum ambitum comprehendi signis ..., 000, 0·0·0, 0-0-0 aut quoque alio modo notae puncti, lineolae et circuli inter se connectuntur.

Argumentum jam et quae ad interiore conditionem pertinent, ut paulo accuratius exponam, scripturae explicationes in nostro codice consignatae non longius quam ad primum et secundum Pentateuchi librum protenduntur. Interpretatio libri Genesis a folio 1 usque ad folium 77 a tergo currit verbis colore rubris scriptis incipiens his: **וְיָהִי** . **וְיָהִי** . **וְיָהִי** . **וְיָהִי** . **וְיָהִי** . **וְיָהִי** . et similiter desinit in annotationem hanc: **וְיָהִי** . **וְיָהִי** . **וְיָהִי** . **וְיָהִי** . Deinceps in folio 77 a tergo inchoatur Exodi liber his verbis: **וְיָהִי** . **וְיָהִי** ? **וְיָהִי** ? **וְיָהִי** ? **וְיָהִי** ? **וְיָהִי** ? Illustratur porro hic liber usque ad cap. 32 v. 26 continua interpretatione, quae post folium 96 abrumpitur; exciderunt enim folia nonnulla itaque quae de reliquis libri Exodi capitibus commentatus est S. Ephraem, nos praeterierunt neque aliter nisi ex aliqua parte ex alio codice Va-

ticano 103, de quo mox dicendum, subministrari possunt. Quae res ut magis reddatur perspicua, extremam codicis partem multis lacunis refertam textu parallelo codicis 103 e contrario apposito hic subjungere placet:

Cod. 110.

Cod. 103.

بِسْمِ اللَّهِ الرَّحْمَنِ الرَّحِيمِ
 مَنْ يَعْلَمُ مَذَانِي؟ لَمْ يَعْلَمْ
 إِنَّمَا يَعْلَمُ أَنَّمَا يَعْلَمُ
 إِنَّمَا يَعْلَمُ مَذَانِي لَمْ يَعْلَمْ

Quae vero in Genesin et Exodum commentaria quanti aestimanda sint, hoc loco probare opera omnino supersedendum mihi puto; omnes enim qui hac de re aliquo valent judicio, in eo consentiunt, ob eximiam biblici sensus et percipiendi et aperiendi facultatem auctori praestabilissimum inter veteres Ecclesiae interpres locum deberi. Sensus grammatici et historici intelligentia prae ceteris singularis est. Explicationes ipsae sacrorum librorum textum perpetuo sequuntur satisque sunt copiosae, ita ut jure meritoque commentaria nominentur; nonnulla tantum capitula paulo brevius parciusque absolvuntur.

Quod si jam quis commentariorum auctor fuerit quaeramus, in codice nostro nomen Ephraemi in ipsa fronte aperte praferunt (بِسْمِ اللَّهِ الرَّحْمَنِ الرَّحِيمِ) neque vix in dubium potest venire inscriptionem esse veram auctoremque hunc ipsum esse, quem celeberrimum Ecclesiae Syriacae Doctorem veneramur. Nam ut de interna commentariorum indole jam taceam quae quidem S. Ephraemi nomine vel dignissima est, non externae quoque deficiunt causae, quae eundem Sanctum nostra commentaria composuisse confirment. Sic testis manifestissimus, qui removeri nullo modo potest, pro eo exsistit codex Vatic. Syr. 103 et ipse antiquissimus, cuius cum nostro codice comparationem infra ponderabimus; in illo enim praeter alia pariter commentaria quaedam in primum et secundum Pentateuchi librum sub nomine S. Ephraemi conscripta videmus, quorum magna pars cum nostris ad verbum concordat, et tamen utrumque codicem ab invicem nihil pendere constat. Alius jam testis Barhebraeus citandus est, qui in suo „Horreo mysteriorum“ plura ex nostris commentariis imprimis in Genesin declarato S. Ephraemi nomine allegavit. Huc accedit quod, quae auctor ipse oblata occasione de sua patria commemorat, in S. Ephraemum optime

conveniunt; agens enim de loco Gen. 2, 14 haec annotanda putavit: **تَرْجِمَةُ نَبِيِّنَاتٍ** i. e Tigris et Euphrates, inter quos habitamus. Mesopotamia autem, ubi Nisibis et Edessa urbes sitae erant, patria fuit S. Ephraemi.

Denique ad absolvendam codicis 110 descriptionem restat, ut de ejus aetate pauca dicamus. Assemanus in suo codicum Vaticanae catalogo nostrum cum alio codice Vaticano numero 111 ob-signato, qui anno Graecorum 834 i. e. Christi 523 exaratus esse dicitur, comparavit et utrumque eadem manu scriptum esse arbitratus etiam illum eodem fere tempore in lucem prodiisse conjectit. Mihi quidem, cum Romae versatus aliis studiis satis superque essem occupatus, istum codicem 111 recognoscere non amplius licuit; at vero quantum videam, recte judicasse virum illum doctissimum, codicem 110 ad sextum usque saeculum esse referendum, in ipsius codicis habitu multa sunt quae mihi persuadeant, etiam si expressa in eo aetatis nota nulla exstat. Composito ei cum aliis qui in mea manu fuerunt codicibus Syriacis praesertim cum codice Vat. 103 origo pluribus fere saeculis superior adjudicanda esse appareat. Literae illae antiquae quibus conscriptus est vocalibus omnino destitutae posterioribus haud respondent temporibus. Quo accedit quod respectu linguae Syriacae idiomatis codici nostro proprietates insunt non paucae ab aliis aevi posterioris codicibus plerumque saltem alienae, quae certa quaedam vetustatis indicia putanda sunt. In hoc genere pauca tantum quae commode obveniunt referre sufficiet.

Sacrae scripturae versio Syriaca quam sequitur codex illa antiqua est Pschito s. simplex appellata. Qua quidem ad verbum fere expressa interpretationes nituntur et si quae forte lectiones ab ea discrepantes occurrunt, non tam variato versionis exemplari quam ipsius consuetudini auctoris attribuendae esse videntur. Attamen quod ad nonnullas scribendi proprietates attinet in codice quidem nostro usitatissimas sed in versionis Syriacae editionibus jamjam evitatas, in ipso versionis exemplari quod manibus auctor tractavit eas exstisset pro certo haberi oportet; unde et istud exemplar et nostrum codicem aetatem non medio-

crem sibi vindicare recte colligitur. Exempli gratia ad Gen. 1, 2 verba Prov. 3, 20 citantur in hunc modum: **אַתָּה אֲמַדְתָּן** **בְּלִבְנֵךְ** **לְפָנֶיךְ** **מִתְּבָנֶךְ** quae in editionibus nostris sic habentur: **أَنْتَ أَمَدَتْنَا** **بِلِبْنَتْنَا** **مِنْتَبْنَتْنَا**? Praeteritum 3. personae fem. in plurali sine ulla nota pluralis generis fem. nec non sine punctis pluralem designantibus formari ita ut cum 3. persona masc. in singulari primo aspectu possit confundi, plus saepius in codice nostro observare licet; cujus modi formae sunt: **أَنْتُ** pro **أَنْتَكُوبْ** (cf. Opp. I pag. 1 lin. 29; p. 2 l. 15; p. 12 l. 37), **أَنْتَ** pro **أَنْتَكُوبْ** (p. 2 l. 38), **حَكَمْتَ** pro **حَكَمْتَكْ** (p. 2 l. 43), **تَبَدَّلْتَ** pro **تَبَدَّلْتَكْ** (p. 5 l. 16), **مَنْتَهَيْتَ** pro **مَنْتَهَيْتَكْ** (p. 6 l. 9), **أَنْتَكُوبْ**, **أَنْتَكُوبْ**, **أَنْتَكُوبْ** pro **أَنْتَكُوبْ**, **أَنْتَكُوبْ**, **أَنْتَكُوبْ** (p. 7 l. 28. 32. 37. 41. 45), **عَقَدْتَ** pro **عَقَدْتَكْ**, **عَقَدْتَ** pro **عَقَدْتَكْ**, **عَقَدْتَ** (p. 8 l. 44), **عَصَمْتَ** pro **عَصَمْتَكْ** (p. 26 l. 16; p. 221 l. 39), **مَدَّ** pro **مَدَّكْ** (p. 94 l. 26; p. 195 l. 36), **كَ** pro **كَكْ** (p. 194 l. 6; p. 217 l. 25) et aliae. At vero non minus frequenter contra regulam tertiam personam fem. in singulari litera **ك** in fine verbi posita abunde distingui videmus p. e. **كَلَّا**, **كَلَّا**, **كَلَّا**, **كَلَّا**, **كَلَّا** (p. 42 l. 24. 25. 28. 45), **كَلَّا** (p. 45 l. 18), **كَلَّا** (p. 49 l. 19), **كَلَّا** (p. 66 l. 38) et al.. Pro vocabulis **كَ** et **كَلَّا** plerumque scriptio plena **كَوْ** et **كَلَّا** adhibetur, quem ad modum omnis fere pagina docet; in aliis vero verbis et nominibus forma brevior magis placuit ut **كَ** pro **كَوْ**, **كَوْ** pro **كَوْ**, **كَوْ** pro **كَوْ**, **كَلَّا** pro **كَلَّا**. Magis insolita et memoranda res esse videtur unam literam elisam animadvertere in formis **كَلَّا**, *miserti sumus ejus*, pro **كَلَّا** (p. 96 l. 29), **كَلَّا**, *projecimus eum*, pro **كَلَّا** (p. 93 l. 31), **كَلَّا**, *descensus ejus*, pro **كَلَّا** (p. 4 l. 21; p. 5 l. 6); atque iterum praefixam verbis primae radicalis **ك** literam quiescentem i. e. gr. **كَمْ** pro **كَمْ** (p. 84 l. 41; p. 115 l. 11) **كَمْ** pro **كَمْ** (p. 203 l. 5) atque inde **كَلَّا** pro **كَلَّا** (p. 115 l. 9) et cet.

Sed jam satis multa de hoc codice dixi.

Nunc ad alterum codicem Syriacum qui ad Ephraemi com-

mentaria pertinet progrediamur; puta codicem cuius saepius jam mentionem fecimus Vaticanum numero 103 insignitum. Qui quidem quod ad criticam ejus auctoritatem attinet descripto illo codice 110 multo minoris aestimandus est, attamen nobis vel in maximo honore habendus propterea quod unicus est cui continuarum S. Ephraemi expositionum in reliquam veteris testamenti scripturam qualemque cognitionem et intelligentiam debeamus. Hujus codicis argumentum jam Assemanus summatim proposuit¹⁾, ceteroquin autem tam externam quam internam textus ejus conditionem ita leviter obiterque tractavit, rationem, quae inter ejusdem et codicis 110 textum intercedit, ita parum consideravit, ut denuo accuratiori eum subjiciendum putaverim inquisitioni.

Codex Syriacus Vaticanus 103 membraneus est in forma quaternaria minore; foliis constat 372 (falso Assemanus numerum 386 expressit), quorum tamen nonnulla plane excidisse liquet post fol. 145, ut infra videbimus; exaratus scriptura elegantissima et accuratissima; literae antiquis illis quae Estrangelo vocantur paulo minores, cum quibus tamen aliquam prae se ferunt similitudinem. Puncta diacritica, sive ut significetur literarum pronunciatio sive ut facilius verborum numerus dignoscatur et persona et tempus et quaecunque alias vario vocum sono significatio varia exprimenda est, ubique fere certa quadam lege apponuntur; vocalium vero usus saltem in prioribus codicis partibus rarissimus est, paulo frequentior in librorum Samuelis, regum et prophetarum interpretationibus; neque hic quoque nisi singulares in nonnullis vocibus lectu difficilioribus vocales inveniuntur eaeque a forma quae nunc jam in nostra consuetudine est haud diversae. Interpunctionis notas usurpatas multas videmus easque jam firmiori rationi obnoxias; adjiciuntur enim brevioribus orationis partibus pro ratione ambitus puncta duo : , . vel unicum punctum . vel signa crucis minoris † vel ‡‡, periodi autem distinguendae gratia signa crucis majoris † vel ‡‡ vel ‡‡‡.

1) Assem. Cat. III, 7 sqq. cf. ejusdem Bibl. Orient. I, 63 sqq.

terunt, imprimis sancta Maria Dei genitrice, atque universa sanctorum qui a saeculo fuerunt corona. Amen. — Qui antem hunc librum acceperit, ut in eo legat et ex eo proficiat, si fraudulenter possessori cuius infra memoriam notabimus non restituerit, traditus esto judicio Dei.

Quae jam codice nostro contineantur, quae porro ratio sit, quam in eo describendo auctor fuerit secutus, item ipse tam in operis fronte quam calce summatim fere indicat hoc modo in fol. 1:

1) cf. Ass. Bibl. Orient. Praef. n. XI.

مَذَمِّعَ أَصْفَافَهُ؟ أَوْ إِنَّمَا بَحْرَمَ كَهْ نَّا صَفَافَ؟ قَلَّتْ دَهْقَانَةً
مَجْدَهُ عَذَّبَتْ لَهْنَ؟ هَنَّ لَهْجَاتُ صَلَاحَتْ لَهْنَ et in fol. 370: صَفَافَ؟ دَهْقَانَةً.
صَفَافَ؟ سَعَدَنَ سَبَّاهَنَ؟ دَهْقَانَةً لَهْنَمَهُنَّ. صَفَافَهُ؟ كَلَّهَنَّ لَقَمَهُنَّ.
صَفَافَهُنَّ؟ دَهْقَانَهُنَّ. أَمَّرَهُنَّ بَحْسَلَهُنَّ؟ دَهْقَانَهُنَّ لَهْجَاتُهُنَّ.
أَنْدَمَهُنَّ لَهْجَاتُهُنَّ أَعْجَمَهُنَّ مَذَمِّعَ أَصْفَافَهُ؟ أَوْ إِنَّمَا
كَلَّهَنَّهُنَّ. مَذَمِّعَهُنَّ مَلَّهُنَّ كَلَّهَنَّ؟ دَهْنَهُنَّ أَمَّرَهُنَّ.

Id ergo Severus monachus pensum absolvendum sibi constituit: ex S. Ephraemi et Jacobi Edesseni in sacram scripturam interpretationibus quoad vetus testamentum et ex Johannis Chrysostomi quoad novum quae potiora videbantur ad intelligenda divina mysteria excerpere atque hoc modo commentarium tanquam compendiarium (جَنْدَلٌ سِيَرْجُونْ حَصْفَقَلْ) in omnes fere sacros libros efficere, in quo loci intellectu difficiliores illustrarentur. Quo in opere utrumque se semper respexit scripturae sensum et literalem et allegoricum (أَعْنَى لِمَنْ أَعْنَى؟ أَعْنَى لِمَنْ أَعْنَى؟ سِيَرْجُونْ لِمَنْ أَعْنَى؟) iterum atque iterum affirmare eum non piguit.


Praeterea quod ad codicis summam attinet, si veteris testamenti expositionibus S. Ephraemi et Jacobi Edesseni commentaria ita supponi crederes, ut exclusis omnibus aliis sola ex justo ordine breviter describerentur, magnopere errares; nam ut Jacobi praetermittamus continua commentaria et ad Ephraemi sola spe- ctemus, multa scholia intercurrunt ex aliis interpretibus desumpta ut ex Daniele presbytero Salachensi, Severo Antiocheno, Jacobo Sarugensi, Marutha Tagritensi, Cyrillo, Hippolyto, Athanasio, Basilio, Epiphanio, Chrysostomo, sed maxime ex Jacobo Edes- seno. Patent autem S. Ephraemi commentaria hic descripta in Genesin a fol. 1 — fol. 32, in Exodum a fol. 67 — fol. 72 a tergo, in Leviticum a fol. 72 — fol. 76, in Numeros a fol. 76 — fol. 80, in Deuteronomium a fol. 80 — fol. 86, in librum Jobi a fol. 86 — fol. 91, in librum Josuae a fol. 91 — fol. 95, in librum Judicum a fol. 95 — fol. 99 a. t., in libros Samuelis a fol. 100 — fol. 114, in libros Regum a fol. 114 — fol. 133, in Hoseam prophetam a fol. 133 — fol. 136, in Amosum a fol. 136 — fol. 139 a. t., in Michaeam a fol. 139 — fol. 143 a. t., in Joelem a fol. 143 —

Quae deinde sequitur interpretatio Zachariae, a fol. 146 deducitur usque ad fol. 154, Malachiae a fol. 154 — fol. 155, Ezechielis a fol. 155 — fol. 166, Jeremiae una cum Threnis a fol. 166 — fol. 176, Danielis a fol. 181 a. t. — fol 190, denique Isaiae a fol. 190 — fol. 218. — Aliae in ceteros veteris testamenti libros nomine S. Ephraemi signatae interpretationes in nostro codice mihi oblatae non sunt nisi unum scholion in folio 240 de loco Proverbiorum c. 30 v. 15. Omnium vero versiculorum, quos in codice nostro commentaria S. Ephraemi compleant, summam numerum efficere 5600, his docemur verbis in appendice codicis fol. 370 scriptis: ﴿مَنْدَبٌ مَّدَبَّرٌ؟ مَنْدَبٌ مَّدَبَّرٌ؟ مَنْدَبٌ مَّدَبَّرٌ؟ مَنْدَبٌ مَّدَبَّرٌ؟﴾

Ex iis quae hucusque de codicis 103 natura disputata sunt, quid de critica ejus auctoritate judicandum sit, jam satis mani-

festum est. Tanquam codex ut ita dicam catenarius cum diversorum auctorum sententias compendiosas in medium proferat partimque inter se connectat, omnibus illis vitiis et erroribus obnoxius esse apparet, quibus alii ejusmodi codices laborare solent. Tum etiam auctor ipse in labore suo vel decem annos se consumsisse eo quod codices ad usum necessarii perpauci praesto fuerint libere fatetur, unde et codicis indolem multa parte haud probandam aliquando exortam esse mihi probatur.

Primo enim quodsi consuetudinem consideramus S. Ephraemi commentaria excerpti aliorumque scholia passim interserendi, sane quidem codex eleganter et diligentissime exaratus est; etiam scholia quae ex aliis interpretibus desumpta in medium textum interjiciuntur declarato auctoris nomine plerumque minato dignoscuntur; attamen eorum finis saepius haud satis perspicue distinguitur. Etenim ejusmodi additamenta a sequentibus interdum etiam miniatis maximam quidem partem signis †††, passim vero nulla alia nota nisi ††, imo † separata videmus, quae signa etiam in textu ipso saepius offeruntur. Quo fit, ut maxime in Genesis interpretatione quaedam fragmenta utrum ad S. Ephraemum an ad alium auctorem pertineant in ambiguo fere relinquantur. Quod ut exemplis probem, ea quae in folio 21 habentur (cf. Opp. I p. 163):



non ad S. Ephraemum licet paulo ante citatum, sed ad Jacobum Edessenum referenda esse videntur; hujus enim commentaria in folio 38 ejusdem codicis eadem fere verba praebent. Viciissim vero fusiora in Gen. c. 37 et 38 scholia, quae in fol. 27 a. t. leguntur, in editione tamen omnino desiderantur, satis aperte Ephraemum auctorem clamare mihi videntur.

Quam parum nominibus interpretum qui in medium proferuntur confundendis a codicis auctore praecaveatur, id probare manifestissimum exemplum in promptu est. In codicis enim nostri folio 1 locum pervulgatum Gen. 1, 2 sine ulla haesitatione de Spiritu sancto accipi videmus quaemadmodum a Basilio quoque (in hexaëm. hom. 2), dum contra in altero codice 110 eundem locum de vento naturali super aquas spirante S. Ephraem diserte

voluit intelligi eaque ejus interpretatio etiam a Barhebraeo in horreo mysteriorum ad h. l. allegatur. Quam ob causam, cum dissensio quaedam inter utrumque codicem exsistere videretur, non defuerunt viri docti qui nostra commentaria S. Ephraemi nomini recte adjudicari jure meritoque dubitandum putarent. At vero isto loco librarium modo codicis nostri aliquo errore deceptum esse non viderunt, qui illis de Spiritu expositionibus titulum Jacobi Edesseni praefigere per imprudentiam neglexit; sententiae enim eadem etiamsi paulo breviores ad verbum fere expressae in Jacobi commentariis in folio ejusdem codicis 32 a. t. habentur in hunc modum: ﴿أَقْبَلَ قَمَانِيْسَةُ الْمَنَّاْتِرِ﴾. ﴿أَقْبَلَ قَمَانِيْسَةُ الْمَنَّاْتِرِ﴾. ﴿أَقْبَلَ قَمَانِيْسَةُ الْمَنَّاْتِرِ﴾. ﴿أَقْبَلَ قَمَانِيْسَةُ الْمَنَّاْتِرِ﴾. Neque minus ea quae sequitur ad versum 5 interpretatio non ex Ephraemo sed ex Jacobo Edesseno deprompta esse videtur constare, qui quidem l. c. ita prosequitur: ﴿أَقْبَلَ قَمَانِيْسَةُ الْمَنَّاْتِرِ﴾. Quid enim dicemus? an S. Ephraemum et Jacobum Edessenum ita parum inter se dissensisse credendum, ut sacram scripturam in eandem sententiam, imo iisdem fere verbis fuerint interpretati? Minime quidem.

Aliud deinde in descripto codice nostro vitium librarii vel arbitrio vel incuriae assignandum in eo cernitur, quod in singulis scripturae sententiis interpretandis justus ordo passim non servetur; neque enim raro diversis locis versuum diversorum interpretationes nullo modo inter se cohaerentes inconstanter et turbide circumvagari animadvertes, cum tamen primitus Ephraemi commentaria alium ordinem juxta scripturae continuam seriem secuta fuisse putandum sit. Exempli gratia Jobi modo librum afferam, qui hoc versuum ordine explicatur: c. I v. 1. 4; c. II v. 1; c. I v. 21; c. II v. 7; c. I v. 6. 4; c. II v. 11; c. III v. 1; c. II v. 13; c. III v. 20 atque hoc modo deinceps alia.

Ceterum autem codicis nostri auctorem et linguae Syriacae idiomatis peritissimum esse et sacrae scripturae sensus recte percipiendi atque proferendi ingenio haud mediocri praeditum, qui paulisper tantum codicem inspexerit negare non potest; imo multum in tractandis divinis literis eum versatum fuisse omnis fere pagina testimonio confirmat, quare non immerito ipse se laboris studiosum (سَعْيٌ مُفْتَحٌ) praedicavit. Errores si qui forte aut linguae Syriacae leges aut scripturae sensum offendentes deprehenduntur – qui quidem nec frequenter occurrunt nec res aliquas tangunt gravioris momenti – scriptoris non tam ignorantiae quam imprudentiae nimiaeque festinationi imputandi esse videntur. In errorum ejus generis numero haec fere refero: **لَمْ يَ** pro **لَمْ يَ** (cf. Opp. I p. 129 l. 16), **لَوْلَامَ** pro **لَوْلَامَةَ**, **لَهُوَ حَدِيقَةٌ**? pro **لَهُوَ حَدِيقَةٌ**? (p. 138 l. 31. 38), **لَمْ يَكُنْ** pro **لَمْ يَكُنْ**? (p. 153 l. 38. 39), **لَصِبْعَكَ**? pro **لَصِبْعَكَ**? (p. 139 l. 13), **لَهُوَ فَرَسَ** pro **لَهُوَ فَرَسَ** (p. 188 l. 6), **لَهُ** pro **لَهُ** (p. 134 l. 15 cf. II p. 238 l. 44), **لَهُوَ لَهُوَ** pro **لَهُوَ لَهُوَ**, **أَكْبَرُ أَكْبَرُ** pro **أَكْبَرُ أَكْبَرُ** (p. 129 l. 26; p. 146 l. 21), **أَكْبَرُ أَكْبَرُ أَكْبَرُ** pro **أَكْبَرُ أَكْبَرُ** (p. 146 l. 10; p. 154 l. 17), **لَهُوَ لَهُوَ** pro **لَهُوَ لَهُوَ** (p. 242 l. 14), **لَهُوَ صَلَوةٌ** pro **صَلَوةٌ** (p. 244 l. 15), **لَهُوَ لَهُوَ** pro **لَهُوَ لَهُوَ** (p. 252 l. 36), **لَهُوَ لَهُوَ** pro **لَهُوَ لَهُوَ** (p. 290 l. 29), **لَهُوَ لَهُوَ أَكْبَرُ** pro **لَهُوَ لَهُوَ أَكْبَرُ**? (p. 236 l. 40 cf. p. 331 l. 41, totum scilicet versum in codice per imprudentiam bis repetitum videmus); porro in benedictionibus Jacobi patriarchae et Mosis secum comparatis utriusque dicta ita confunduntur: **لَهُوَ لَهُوَ أَكْبَرُ أَكْبَرُ أَكْبَرُ**. **لَهُوَ لَهُوَ**: **لَهُوَ لَهُوَ صَلَوةٌ**? **لَهُوَ لَهُوَ صَلَوةٌ صَلَوةٌ**? **لَهُوَ لَهُوَ**? **لَهُوَ لَهُوَ صَلَوةٌ صَلَوةٌ**? **لَهُوَ لَهُوَ** (p. 188 l. 19 cf. p. 153 l. 27). Ut alios ejusmodi errores jam omittam, id unum adhuc commemorandum puto, quod cum de Sara in senectute pariente agatur, tribus deinceps vicibus pro verbo **أَكْلَمَ** „juvenescere“ verbum usurpetur **أَكْلَمَ**, cui proprie maledicendi notio inest; atque hoc non ex librarii aliquo errore sed ex consulto positum et ad ipsum Ephraemum referendum esse mihi videtur; isto enim loco legimus haec: **لَهُوَ لَهُوَ** **لَهُوَ لَهُوَ** **أَكْلَمَ أَكْلَمَ أَكْلَمَ** **لَهُوَ لَهُوَ** **أَكْلَمَ أَكْلَمَ** **لَهُوَ لَهُوَ**.

¶ Unde fortasse conjiciendum est, verbo **dupl**icem inhaerere notionem sive in malam sive in bonam partem.

Singulis fere paginarum codicis marginibus argumenti propositi aut illustrandi aut supplendi gratia locupletissimas animadversiones et accessiones inscriptas videmus, quas quidem maximam partem a Simeone monacho quodam hujus codicis possessore factas esse supra cognovimus. Tria autem potissimum genera ejusmodi annotationum distinguamus necesse est. Partim enim ex aliis interpretibus expresso auctoris nomine explicationes passim fusiores passim minutiores textui parallelo adjiciuntur; partim nonnullae ex sacra scriptura particulae, quae in medio codice plane silentio praetereuntur, una cum brevissimis interpretationibus margini appositae sunt; atque hae quidem nescio an ad ipsum Ephraenum non pertineant; partim demum voces nonnullae loquendique formae, quae lectori jam obscurae videbantur atque intellectu omnino difficiliores, aut suppositis verbis usitatioribus aut adjunctis aliis scholiis breviter illustrantur. Tales in margine notas ad solum glossatorem esse referendas liquet quidem neque tamen tamquam rerum Syriacarum accuratae cognitioni vel utilissimae parvi a nobis haberi debent. Speciminis gratia haec ad I. Regg. c. 6 de templi Salomonis structura scholia in medium afferam:

فَهُوَ مُلْقًا مِنْ مُكَذَّبٍ إِلَى مُكَذَّبٍ فَيَقُولُونَ إِنَّا

• ﻢـ ﺖـ ﻪـ

١٥٠ مَنْ يَرِدْ فَلْيَرِدْ إِنَّمَا يُنْهَا بِسْمِ اللَّهِ الرَّحْمَنِ الرَّحِيمِ

ad v. 8. **תְּמִימָה** בְּנֵי תְּמִימָה

ad v. 9. سَقَطَتْ إِنْ قَدْ لَعْنَتْ؟

ad v. 17. **كَمْ مِنْ** **أَنْتَ** **تَقُولُ** **عَلَيْهِ** **كَمْ** **صَدَاقٌ**

حَمَّا تَكْلِي. حَمَّا سَقَلِي. حَمَّا سَهْلِي. حَمَّا سَهْلِي.

لهم انت السلام السلام السلام

ad v. 29. مَنْ يَعْلَمُ بِهِ مُؤْمِنٌ لَّهُ وَمَنْ لَا يَعْلَمُ بِهِ فَإِنَّمَا
يَعْلَمُ بِهِ الْعَالِمُونَ

وَقِيلَ لَهُ قَاتِلُكَ أَمْ لَهُ مَلِكٌ لَمْ يَعْلَمْ

Quibus exemplis unum tantum addam ad II. Begg. 5. 12

et Memphis unum tantum audiam ad H. Regg. 3, 12

۱۰۰. ملکه نیز سه میلیون دلار است.

Commentaria S. Ephraemi ipsa, quemadmodum codice nostro continentur, maximam partem brevissima sunt. Quocunque oculos convertimus, omnia id nobis persuadent, codicis descriptorem consilium suum propositum, quo interpretationes tantum compendiarias esset comparaturus, constantissime secutum fuisse atque ea de causa S. Ephraemi commentaria a se tractata vel aliquanto decurtasse. Maxime etiam quae pro Genesis explicatione afferuntur propriis magni illius interpretis elucubrationibus respondere videntur; cetera vero ita omnino comparata sunt, ut vix sibi commentariorum nomen vindicent. Quodsi jam quaeramus, quoniam modo librarius noster ista commentaria contraxerit, per opportune accidit, ut habeamus unde hoc probemus, alterum scilicet codicem jam supra descriptum 110; atque ita eo deducimur, ut quae ratio inter utrumque codicem 103 et 110 intercedat paucis indicemus.

Uterque codex 103 et 110 commentaria in primum et secundum Mosis librum praebet multum tamen ab invicem discrepantia. Primum quantum ad illa in Genesin commentaria attinet, ea quae codex 110 amplectitur atque iterum ea quae codex 103 in usum suum convertit inter se esse ita omnino diversa conspicuum est, ut utrumque et alio tempore et alio modo ab Ephraemo elaboratum esse putemus oporteat; admodum enim raro fieri videmus, ut sententiae in utroque repositae aliquatenus convenient (cf. Opp. I p. 82 l. 21 sqq. et p. 178 l. 38 sqq.). Igitur verisimillimum est, eadem ipsa significari codicis 103 commentaria, cum alteram in codice 110 expositionem Genesis incipiens S. Ephraem ita dicat: ﴿وَمِنْ كُلِّ أَنْوَافِ الْمَاءِ مُهْلِكٌ وَمُنْهَلٌ﴾
 ﴿وَمِنْ كُلِّ أَنْوَافِ الْمَاءِ مُهْلِكٌ وَمُنْهَلٌ﴾
 Sed aliter de commentariis in Exodum res sese habet. Nam quas codex 103 comprehendit in Exodum interpretationes licet paulo breviores sint tamen maximam partem aliis in codice 110 interpretationibus omnino contentae eaeque iisdem plane verbis inveniuntur. Quae cum ita sint, jam minime contendere haereo, et has codicis 110 et illas quibus codex 103 nititur easdem prorsus esse S. Ephraemi in Exodum expositiones. Qui enim aliter

tanta verborum sententiarumque consensio rite expediri posse putemus? Ex his igitur commentaria in nostro codice 103 de-
prompta et in compendium redacta sunt atque ita quidem, ut
quae eligenda videbantur omissis omnibus ceteris ad verbum ex-
pressa describerentur. Nihilo tamen secius librarius etiam non-
nulla alia in codice ponenda putavit, quae in alterius codicis 110
commentariis desiderantur quaeque unde fuerint sumta non liquet.
Jam vero cuius generis ista librarii additamenta sint quoque modo
per singulas partes codex noster 103 com codice 110 comparetur
ut facilius cognoscas, initium in Exodus commentariorum quae
recipere editio nostra recusavit ex codice 103 speciminis causa
in appendice subjicere placuit.

Quemadmodum igitur codicis nostri auctorem S. Ephraemi in Exodum commentaria tractavisse comperimus, eodem modo etiam reliqua ab eo tractata esse licebit conjicere.

Respectu porro linguae Syriacae idiomatis codicem 103 ab altero codice 110 jam multum distare videmus; omnes enim illae proprietates quibus codicem 110 affectum esse didicimus in nostro codice non jam occurrunt; contra vero aliae ei insunt quae jam posteriorem sapere videntur aetatem; ita e. gr. verborum formis longius productis adhaerere eum animadvertes ut in verbis حَذَّلَنْتَ (cf. Opp. I p. 139 l. 33), حَذَّلَتْ (p. 152 l. 30), حَذَّلَتْمَ (p. 164 l. 4), حَذَّلَتْ (p. 162 l. 38), حَذَّلَتْ (p. 199 l. 36), praesertim in nominibus propriis ut حَذَّلَيْكَ, حَذَّلَتْكَ, حَذَّلَتْكَ?, حَذَّلَكَ, حَذَّلَكَ? et quae sunt alia ejusmodi.

Syriacam veteris testamenti translationem antiquam quam Pschito vocatur haec S. Ephraemi commentaria presso pede sequuntur eamque eo modo, ut aliqua a nostris ejusdem editionibus variatio majoris momenti vix deprehendatur. Attamen non omittendum puto, passim etiam ad Graecam LXX virorum interpretationem recurrisse S. Ephraemum, quam quidem diserte laudat in Genesis explicatione c. 41 v. 45 his verbis: ﴿كَذَلِكَ مُحَمَّدٌ أَنْتَ مُهَمَّدٌ﴾ Quapropter et illud ad Gen. 1, 2 referendum esse

ad Greecam versionem dubitari non potest dicente Ephraemo:

Ad postremum ut codicis nostri descriptionem omnino absolvam, non jam quaeri debet, quisnam commentariorum quae in eo repraesentantur fuerit auctor. Sexcenties enim honestissimum S. Ephraemi nomen tanquam auctoris diserte iis inscriptum conspicimus, quod quidem recte fieri, commentariis ipsis nihil prorsus inest, quod vel minimam praebeat dubitandi ansam; imo etiam, ut alios testes praeteream, altero illo vetustissimo codice 110, quemadmodum supra demonstratum est, firmissime comprobatur. — Sed haec hactenus.

Tot igitur atque tales codices sunt, qui, si de S. Ephraemi in sacram scripturam commentariis agitur, potissimum aestimari debent, codices inquam Vaticani 110 et 103, quorum dignitatem satis jam descriptsse mihi videor. At tantam hic fontium paucitatem quis est qui non aegre ferat! sed rebus ita comparatis quam difficile etiam sit in celeberrimi interpretis commentaria criticam aliquam curam impendere quis est qui non videat! Sane quidem doctissimus Assemanus adhuc alios duos qui in bibliotheca Vaticana asservantur codices commemorat ad Ephraemi commentaria pertinentes, qui tamen illorum conditionem haud faciunt meliorem.

Alter eorum est codex Vaticanus Syriacus numero 120 ob-signatus¹⁾, vetustissimus quidem cum usque ad saeculum septimum referendus esse videatur, sed de nostris commentariis non-nisi agunt folium 1—2 necnon folia 215—217 eaque fragmenta sunt ex libri Genesis interpretatione quae cum codice 110 plane concordant; cetera vero folia homilias Isaaci Syri exhibent.

Alter codex 216 est²), Arabicus quidem, sed literis Syriacis exaratus ideoque in codicium Syriacorum numero collocatus, quem et ipsum satis accurate examinavi. Bombycinus est et recentio-

1) cf. Assem. Catalog. III, 123.

2) cf. Assem, *ibid.*

ribus jam Syrorum literis scriptus, in forma magna, constans
foliis 187. Continet et hic codex quaedam commentaria in Ge-
nesis et Exodi libros longissima et copiosissima. Libri Genesis
interpretatio a folio 1 patet usque ad folium 122, reliqua codicis
pars ad Exodi librum pertinet. Totum autem ejus corpus in
lectiones aliquas tempore jejunii quadragesimalis recitandas ita
distribuitur, ut Genesis libri explicationes ex 57, Exodi vero ex 19
lectionibus constent. Proinde jam in codicis fronte haec leguntur:


Ergo ad saeculum duodecimum codex noster referendus esse.

1) cf. Assem. Bibl. Orient. I, 68.

apparet, id quod etiam codicis charta et recentiores Syrorum literae omnino videntur confirmare.

In ipsarum interpretationum decursu frequentissime interpres quidam (جُنَاحُ الْمُهَاجِر) disserens inducitur, cuius declaratum nomen tamen nusquam vidi; quare illum S. Ephraemum esse nescio an credere liceat. Sed hoc quoque concesso minime video, quomodo uberrimae istae interpretationes Arabicae ad reficienda Ephraemi commentaria Syriaca in usum criticum possint adhiberi. Comparato enim utroque codice 110 et 216 luce clarius est, codicis Arabici auctorem aut S. Ephraemum in rem suam non aliter convertisse ac forte alios quoque interpretes, aut si solius Ephraemi vestigiis inhaerere in animo fuerit, ejusdem commentaria ita tractasse et juxta suam mentem ita dilatasse, ut quae propriae S. Ephraemi sint sententiae omnino non pateat.

Nihilo tamen minus et Arabici codicis 216 commentaria in primum et secundum Pentateuchi librum gravissima sunt et in maxima auctoritate habenda. Quam ob causam hoc loco specimen ex iis paulo longius addere non dubitavi, quod quo facilius et oculis et intellectu percipiatur literis Arabicis transscripsi Latinaque versione instruxi.



Specimen ex cod. Syr. Vatic. 103

fol. 67 (cf. Exod. c. I—IV).

Specimen ex cod. Syr. Vatic. 216

fol. 175 (cf. Exod. c. XXXII, 26 — c. XXXIII, 6).

فوقف موسى على باب قبة الزمان وقال من كان من حزب
الله فليقبل الى: فتبحاروا اليه بنى لاوى باجتمعهم والآخر
اثرا وأفهم يا معلم قوبة ولا تشقق على من يقاربك اذا
اذنب واحطوا فلا ترحمه كما فعلوا الاوبيين ولم يتمتنعوا من
قتل اصحابهم مع اهلهم.. فقال المفسار: فلما سُكّل موسى
الصنم الذهب: سكّالة رقيقة والقيها في الماء ليثبت عند هم

انكم عبدتم ما سُكّل هكذا. ثم امرهم ان يقتلوا بعضهم البعض من اخوتهم وبنיהם واباיהם واصحابهم †. لاننا وجدنا في كتاب تفسير واحد سرياني ان موسى لما اسقا الشعب من تلك السحالة: فصاروا الذين شربوا. يعجووا مثل البقر: وعرفوا من غير الذين شربوا: الذين كانوا يتعجّوا مثل راس البقر الذي يتعجّ. لاجل ذلك فهموا ايما منهم يقتلوه بلا رحمة: ان كان اخوة او غيره: وهذا صحيحاً من قول موسى اذ قال ان لا يعفى الماح عن اخوة وابوة الذي يتعجّ مثل راس البقر: فلما طاعوا موسى في هذا الحال المر الكراة جداً: ثم مدحهم ودعا لهم بالبركة وتهدا غضب الرب: وكذلك تعليم عظيم علمنا كتاب الرب بهذا الكلام ان هكذا يغفر الله لنا خطايائنا: اذا ما الواحد منا من اجل غفران الخطية صبر على المرارة وبجرع الاخزان: وقطع هوا من كل نعيم ولذة: ولم يشفع ان يالم جسد ويعذب بقانون التسوية الذي يقطعه عليه الكاهن: ولم يرثي لهوا الجسداني الذي يريد الرحمة والنعيم لجسده: بل يقطعه ويميتنه ويزيله منه البنية. ولو قطع عليه معلم التوبة الصوم كلحين والامتناع من كل ذعيم وراحة: ولو قطع عليه ربوت قوانين لا يمتنع من فعل ذلك. فان بحال هكذا تغفر الخطية: وكذلك من اجل خلاص نفسه يفارق جنسه وقومه وكل احبابه: فرقاة ياحتمل فيها مرارة وبعد منهم: ويدرك بنى اسرائيل كيف احتملوا مرارة قتل اهلهم واصحابهم من اجل غفران خطايائهم: ولو كان الانسان يعلم ان في حفظ وصايا المسيح الم وحزن: او عرا لوالديه او لاولاده او لاخواته: يكمل الوصايا ولا يمتنع من تكميلها من اجل اولائك. وهو بهذه الفعل الامر يستحق البركة وغفران الخطية. ويدرك قول الرب المسيح عن مثل هذا الامر ان من يأتي الى ولا يبغض ابواه وامهه وامراته لاولاده واخواته وآخواته: نعم وحتى نفسه: لا يقدر ان يكون لى تلميذ. †. قال الكتاب انه وقف على باب قبة الزمان: واستدعا بنى لاوى: وقبة الزمان لم تكن بعد نصبته: ولكن القبة التي كان موسى

ينزلها: كانت تسمى بهذا الاسم †. لما قتلوا بني اسرائيل بعضهم بعض من أجل غفران الخطية: قال لهم موسى قد ملأتم ايديكم اليوم. يعني قد اوفيتكم ما عليكم واستحققتكم البركة.. يا شعب المسيح لا يشفق واحد منك على جسدك اذا اخطأ: بل يبادر وبالله بالقانون لكي يوفى ما عليه الرب. وكذلك من نظر ولد او اخوة او حبيبة قد اخطأ: لا يشفق عليه من الم القانون ولا يدعه يتاخر عن التقدم الى ذلك: بل بكل قعط وذكار وتنبيه ييقظه. ومن كان قد ترك العالم من اجل الرب: فلا يفتكر بعد في والدين ولا في اولاد ولا في اخوة ولا في زوجة قد فارقها ولا يتلام لهم ولا يتذكر حزنهم: بل يذكر نفسه كما فعلت ببني اسرائيل في قتلهم لاهالهم طاعة لوصية الله † وادا امره معلمه ان يفارق اهله ولا يمضى اليهم ولا يفتقد لهم فليطبيعه في هذا الامر: كطاعة بني اسرائيل لمعلمهم موسى في قتل من عز عليهم. فان المعلم في رب يلزم التلاميذ طاعته كهذه الطاعة المرة الشنيعة التي طاعوا بها بني اسرائيل موسى ††.

الكتاب يقول. فلما كان الغد من ذلك اليوم: قال موسى v. 30-32.
للشعب انتم اخطأتم وارتكم هذه الخطية العظيمة. فاما الان فاني اصعد الى الرب لعله ان يغفر لكم ذنوبكم واثمكم والآخر

فافهم ايها المعلم وانظر تصرع موسى الى الله ولا تقرز نفسك من خطاء شعبك بل بمكبة تصرع الى الله بخلاص شعبك كفعل موسى †. قال المفسار: جدا دعم الراعي الصالح الذي فداهم بنفسه وسال من الله قايل: اما تغفر لهم: والا فعاقبني معهم: وامتحانى من سفرك: ليس مكبة فيه خاصه: قال موسى هذا القول: بل مكبة مني الرب: لكيلا يهان اسمه: وذلك أنهم كانوا قد عرفوه انهم الرب: وعلم موسى ان الرب اذا ابادهم نسب الضعف اليه. فلذلك سهل عليه ان يمحى الله من سفره: ولا ينسب الى الرب الضعف: وهكذا كل من يحب الرب: هو في كل حين يسعى في اصلاح شعب الرب:

والزامهم الاعمال الصالحة: لكيلا يُشتم اسم رب من اجلهم. وبولوص الرسول مثل موسى فعل: لما لم يامتوا بنى اسرائيل كلهم بال المسيح: ونظر كثيرين يشكوا في المسيح بسبب ذلك ويقولوا: لو كان هذا المسيح بحق كان كل بنى اسرائيل قد تبعوه: فلمحبة بولوص في المسيح خاصة ان لا يشك احد فيه: سال من المسيح ان يُحروم منه ويخلص بنى اسرائيل ويعود بهم الى الامانة. +

قال رب لموسى انما امحو من سفرى من اخطاء واذنب v. 33—35. الى والاخ + اعلم رب ان سوال موسى له ليس في حق الشعب خاصة: بل محبة في رب: ان لا يُشتم اسمه بهلاك بنى اسرائيل: واعجب رب ذلك وقال انا اخر هلاكهم الان الى اليوم الذي اخذهم بخطاياهم: وهو انه امهلهم وتركهم في البرية سكان وهو عولهم: حتى ماتوا اجمعين في البرية: ولم يترك واحد منهم يدخل ارض الميعاد: بل اولادهم الذين كانوا في ذلك الوقت اطفال لا يدرؤها الخطية: وبعد موته والديهم ادخلهم رب الى ارض كنعان. وورثوها + وجميع بنى اسرائيل الذين خرجوا من ارض كنعان سوا رجلين لا غير. وهم يوشاع ابن واکلاب ابن يوفينا: وهذا فعله رب لكيلا نعجب من ذلك: لأن عند صحيبي المسيح كون اکثرهم لم يامنوا به: بل اقلهم: فانه اوضح ذلك من القب الذي اخرجهم من مصر: لأن كلهم هلكوا واثنين منهم فقط خلصوا اشارة الى القليل الذي امنوا باليسوع منهم وخلصوا عند صحبيه ++

القراءة الثامنة عشرة من سفر الخروج. قال رب لموسى c. XXXIII v. 1—6. اصعد وانطلق من هاهنا انت وشعبك الذي اخرجتهم من مصر والاخ + هذا التفسير يوضح فيه على تبظيل ملك اليهود وعلى زوال كهنوتهم وعلى ذبايكلهم واجراجهم من ميراث الله: لما صلبوا الاهيا المسيح كلمة الله + قال المسفار يقول الله لبني اسرائيل اصعدوا الى الارض التي وعدتكم بها: وانا فلا

اصعد معكم لانكم قساة القلوب ليلا يغضبونى فى الطريق
وابيدهم: بل ملاكي يصعد مغكم ويقتل اعداءكم. فهل ملاكه
اطول روح منه: حتى يختتم لهم دونه †. سر عظيم فى هذا
الكلام اوضح لهم: انى انما اذتكببكم الا لكى ارافقكم واتجسدم
منكم واصير لكم معاشر: واجعلكم لى اخوة واحلصم: فالان
فانتم قساة القلوب. ان عاشرتكم ورافقتكم: فانتم تبغضونى
شدید: وانا ابىدكم. كشف لهم بهذه الكلام جميع ما سيلا
له منهم عند تجسده من الهوان والصلب واموت: وما سيلا
لهم ايضا منه مما قد ثم وكان. انهم لما صلبوا طرد هم من
مغدلة وازلهم من نعيمة: وجعلهم من ذلك الوقت الى الان
اكثر من الف ومائة سنة: لا ملك لهم ولا كهنوت ولا ناموس
ولا نبوة ولا وحى: ولا هيكل ولا مذبح ولا قربان ولا ظهور
ولا غفران †. ولما قال لهم لا ارافقكم: اكثروا الحزن والبكاء
نبوة على الحزن والبكاء الدائم الذى نالهم بصلبهم المسيح.
وزوال كل زينة عنهم †. واما السبع امة السكان بارض كنعان
التي قال انه يبيدها فاشربها الى الوجاع السبعة المقاتلة
القل الخائف من الله: وهى الشرة والزنا وحب الفضة
والغضب والحزن والمال والسبح الباطل الذى يلد العظمة.
واولهم الشرة الذى هو نياح الجسد وآخرهم السبح الباطل
الذى هو وجع النفس. والله قد تقدم قوله لهم انى املك
بلاد السبع امم نهر ارض مصر الى ارض نهر الفرات. وانه سما
الشرة الذى هو نياح الجسد: اول امبع اوچاع نهر مصر.
والسبح الباطل الذى هو آخرهم: سما نهر الفرات. †
h. e. Stetit Moses ad portam tabernaculi foederis et dixit: qui
est ex agmine Domini, accedat ad me. Et adjuncti ei sunt
filii Levi universi . . .

Lege atque intellige, o magister poenitentiae, neque condolebis neque ulla miseratione moveberis in eum, qui cum crimen
et peccatum commiserit accedit ad te sicut Levitae fecerunt non
abstinentes a caede sociorum eorumque familiae. — Interpretatio
ita loquitur: Moses postquam idolum scabit usque ad scobem

tenuissimam projecitque in aquas, ut argumentum illis proponeret: en vos adoratis quod sic conteritur: tum praecepit eis ut alteri alteros occiderent fratres et filios et patres et amicos. Legimus in commentariis Syri cujusdam quod cum Moses populo illam scobem tamquam potum dedisset ii qui biberant clamaverint ad instar pecorum, et distincti sunt ex iis qui biberant sontes qui clamabant juxta pecora. Quare illi intelligebant, quemnam ex iis inclementer occiderent sive esset frater sive alius, ex mandato nimirum Mosis, ut nec fratri nec patri si clamasset ad instar pecorum ullam veniam paeberent. Postquam vero Mosi obsecuti erant in hac conditione amara atque horrenda valde, tum laude eos et benedictionibus affectit et ira Domini placata est. — Proinde gravi doctrina scriptura Domini nos instruit hisce verbis, quod Dominus pariter nobis condonet peccata nostra si quis nostrum ad impetrandam peccatorum veniam quaecunque amara patienter tulerit et absorbens moerorem et libidinem cohibens ab omni delectatione voluptateque et misericordem se non praebuerit in corpus vel dolore cruciatum, imo istud castigaverit canone poenitentiae a sacerdote sibi injunctae neque libidini corporeae indulserit commoda corpori atque jucunda quaerenti, sed castigaverit eam et mortificaverit atque omnino a se removerit. Quodsi jam, licet poenitentiae magister ei injunxerit jejunium perpetuum et continentiam voluptatis cuiusvis atque jucunditatis et licet ei multitudinem canonum injunxerit, haec ille exsequi non recusavit: tunc illico ejus peccata remittuntur, atque ita propter animae salutem genus suum et populum omnesque amicos relinquit et amarum ab iis discessum leviter fert recordatus filiorum Israel, quam patienter tulerint propter peccatorum veniam caedem propinquorum et sociorum. Jam vero homo etsi non ignorat, observandis Christi mandatis dolorem aliquem inhaerere aut parentes aut liberos aut fratres supervenientem, integre absolvet mandata neque istorum dolore impedietur quominus ea absolvat, quo facto ipse benedictionem merebit veniamque peccatorum recognitans verbum Christi Domini huic mandato simillimum: qui venit ad me et non odit patrem suum et matrem et uxorem et

filios et fratres et sorores, imo maxime animam suam, non potest meus esse discipulus. — Scriptura porro, Stetit, inquit, ad portam tabernaculi foederis et advocavit filios Levi. Tabernaculum foederis non illud est quod postea collocatum fuit, sed illud hoc nomine vocatur ad quod jam Moses descendit. — Postquam ex filiis Israel alteri alteros propter criminis veniam interfecissent, dixit eis Moses: Implevistis profecto manus vestras hodie i. e. persolvistis quod erat vestrum et benedictionem meruistis. O popule christiane, ne indulget ex vobis quisquam corpori suo cum peccaverit, sed continuo ipsum canonicis poenis affligat ut exsequatur mandatum Domini. Similiter qui filium suum vel fratrems vel amicum jam lapsum videt, ne misericordem se in eum praebeat ex dolore poenae neve cunctari eum patiatur quin ad illam praecedat, sed omni genere disciplinae et commonitionis et incitationis eum commoveat e somno. Et qui mundum jam reliquit propter Dominum, non jam de parentibus cogitabit neque de filiis neque de fratribus neque de uxore a qua discessit nec de eorum dolore sese afflictabit nec tristitiae eorum recordabitur, sed animae suaे providebit sicut filii Israel fecerunt occidentes secundum mandatum Domini ipsos familiares. Et si ejus magister domum suam eum jubet relinquere neque porro eam revisere, obedient illi in hoc mandato sicut filii Israel magistro suo Mosi sunt obsecuti occidentes ipsis carissimos. Ita profecto magister Dominus discipulis obedientiam commendavit juxta illam amaram atque acerbam qua filii Israel Mosi obsecuti sunt.

Et cum factus esset crastinus dies, dixit Moses populo: Vos peccastis et commisistis hoc magnum peccatum, nunc autem ascendam ad Dominum si forte condonet crimen ac culpam vestram...

Intellige, o magister, et humilitatem Mosis vide coram Deo itaque non abhorreas ab erroribus populi tui, sed amore motus humilia te coram Deo pro populi tui salute sicut Moses fecit. — Dicit interpretatio: Valde laudandus est pastor bonus qui sua ipsius anima eos redemit et Deum rogavit dicens: profecto condonabis eis, sin autem minus, et me punias cum iis deleasque e libro tuo. Non ex amore in ipsos peculiari dixit Moses hoc

verbum, sed ex amore in Deum, ne vilipenderetur nomen ejus: eo scilicet quod illi jam cognoverant Dominum neque Moses ignoravit, ad Dominum cum eos abolevisset infirmitatem quandam referri. Propterea a Deo deleri se potius maluit ex libro ejus quam ut a Domino impotentia quaedam derivaretur. Proinde quicunque Deum amat, omni tempore operam in eo collocet, ut populum Domini integrum reddat efficiens ut assidue operentur bonum, ne propter eos blasphemetur Domini nomen. Neque aliter ac Moses etiam Paulus apostolus fecit; cum enim non universi Israelitae in Christum crederent atque ipse multos videbat eam ob causam de Christo dubitare quod dicerent: si iste vere esset Christus, jam omnes Israelitae eum fuissent secuti: tunc profecto Paulo caritas in Christum peculiaris erat ne vel unus de eo dubitaret; rogavit igitur Christum ut benigne sibi tribueret servare filios Israel atque ad fidem ipsius reducere.

Dixit Dominus ad Mosen: equidem delebo e libro meo eum qui peccavit et crimen in me commisit . . .

Edocet Dominus, precem a Mose ad se non factam esse ex justitia populi sed ex amore Dei, ne scilicet nomen suum ob interitum filiorum Israel blasphemaretur; atque admirabile hoc Dominus effecit dicens: nunc ego differam eorum interitum usque ad diem quo peccata eorum visitabo. Itaque ipse moram eis concessit et quietam mansionem in deserto praebuit atque etiam alimentum donec universi in deserto obiissent. At ne unum quidem ex iis instrare sivit in terram repromissionis, sed eorum liberos qui tunc temporis parvuli erant peccati omnino ignari post parentum mortem in terram Chanaan introduxit tanquam ejus haeredes. — Et universi filii Israel ex Aegypto egressi qui terram Chanaan intrabant non amplius duo viri erant: Josua filius Nun et Caleb filius Jophine. Quod Dominus ideo fecit ne mirum nobis videretur quod in adventu Christi maximam partem illi non crederent in eum, sed paucissimi. Quare ex illo tempore quo eos ex Aegypto eduxit, cum omnes perirent et duo dumtaxat salvarentur, indicium manifestavit paucorum qui ex illis in Christum credituri et in ejus adventu salvandi essent.

Lectio XVIII. ex libro Exodi. Et dixit Deus Mosi: ascendite et abi hinc tu et populus tuus quem eduxi ex Aegypto...

Expositio hujus loci manifestam reddit abolitionem regni Judaeorum, abrogationem sacerdotii et sacrificiorum atque eorum ejectionem ex haereditate Dei, postquam crucifixerant divinum Salvatorem, verbum Dei. — Disserit jam interpretatio: Dixit Dominus filiis Israel: ascendite in terram vobis promissam, attamen ego non ascendam vobiscum quod estis duri cordis, ne ad iram me in via irritetis et pereatis, sed angelus meus ascendet vobiscum et percutiet inimicos vestros. Quid jam? num patientius ipso est angelus ejus ut eos prope se toleret? Mysterium magnum significavit his verbis: ego vos non affixi nisi ut salutem vobis afferrem et carne assumta familiaritatem vobiscum iniрем et vos facerem fratres et salvarem, nunc autem vos duri cordis estis; familiarem me reddidi vobis et salutem attuli, et vos in odio me habetis magno, ideo delebo vos. Ostendit eis his verbis omnia quae ipsi incarnato ab illis inficta sunt per contemptum et crucifixionem et mortem, quaeque porro illis ab ipso inficta sunt, id quod tum quoque accidit. Postquam enim eum qui molli victu eos destituit et a voluptate prohibuit crucifixerunt, effecit ut ab illo tempore usque adhuc per amplius 1100 annos neque regnum haberent neque sacerdotium neque legem neque prophetiam neque revelationem neque templum neque sacrificium neque oblationem neque confessionem neque absolutionem. Cum iis dixisset: non jam afferam vobis salutem, auxerunt planctum et fletum: ad significandum illum perpetuum moerorem et fletum qui eos ob Christum crucifixum sublatis omnibus legis ornamentiis occupaturus esset. — Quod autem ad septem gentes in terra Chanaan habitantes attinet quas se extincturum dixit, de septem doloribus intelligi voluit qui pugnant cum paucis Deum timentibus; qui sunt: cibi aviditas et luxuria et argenti cupiditas et ira et luctus et fastidium et vanarum rerum occupatio quae superbiam gignit. Primus dolor est cibi aviditas quae commiseretur corpus, postremus vanarum rerum occupatio quae de anima dolet. Et Deus ipse cum illis libera-

Sc 1986

liter dixisset: ego vos locupletabo oppidis septem populorum a flumine terrae Aegypti usque ad regionem Euphratis fluminis — cibi aviditatem quae corpus commiseretur primum ex septem doloribus nominavit Aegypti flumen, rerum autem vanarum occupationem quae postremus illorum est nominavit Euphraten flumen.

Lipsiae: Impressit F. A. Brockhaus.



D: Sc 1986

ULB Halle
000 887 218

3/1



